

& clarissimum; respondit prudenter, eorum se velle discipulum esse, quorum simul esset filius. Significans, non minus interesse, quos nactus sis parentes, quam quos asciscas, ut bonis moribus formeris.

35 Quod optimè etiam monuit Rex noster Alfonsus X. (f) de eadem Regum educatione agens, & ita, post alia lectu digna, concludens: Onde por todas estas razones deben los Reyes querer bien guardar sus hijos, é escoger tales Ayos, que sean de buen linage, é bien acostumbrados, é sin mala saña, é sanos, é de buen seso, é sobre todo que sean leales derechamente, amando el pro del Reino, &c.

36 Quæ omnia cum in Seneca Agripina cognovisset, expertaque esset, eum institutioni Domitii Neronis filii sui, jam ad Imperium destinati, præfecit, Ut ejus pueritiae (verbis Taciti (g) loquor) tali, & magistro adolescenter, & consiliis ejusdem ad spem dominationis uterentur. In quo, ita bona electioni, & expectationi respondit eventus, ut primo sui Imperii quinque annis, quo Seneca monitis paruit, optimum & laudatissimum Principem egerit, ut Suetonius (h), & alii, qui vitas Cæsarum scripserunt, testantur.

37 Audiendus quoque erit Claudianus (i), qui sui Honorii rectam educationem collaudans, & describens, sic ait:

Reptasti per scuta puer, &c.
Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec somnos genitor permisit inerves;
Sed nova per duros instruxit membra labores.
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora sœva pati, gravis non cedere nimbis.
Æstrum tolerare jubar, transnare sonoras
Torrentum furias, adscensu vincere montes,
Planiciem cursu, valles, & concava saltu;
Necnon in clypeo vigiles perducere noctes.
In galea portare nubes, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.

38 Et possem quidem plura de contraria effectibus bona vel prava educationis in Regum filiis exempla referre, nisi prolixus esse vererer, & Camerarius (k), & alii, me hoc labore levasse, sed pro omnibus illud sufficiet, quod de Venceslao & Boleslao, Regis Poloniae filiis, elegantissime narrat ultra alios Pater Drexelius (l), & querela, quam de male institutis Principibus Philippus Cominæus (m) his verbis proponit: Qui sunt male instituti Principes, quantum sit munus, quod acceperunt à Deo non intelligunt, & ipsorum familiares ne malam gratiam sibi concilient, dissimulant. Et ut ex omnibus fortè sit unus, qui fideliter admoneat, is tamen sue sententiae nullos habet approbatores, ac ferè sit, ut ridiculus habeatur.

39 Et benè hoc damnum pravae educationis agnoscens Dionysius Junior Siciliae Tyrannus (ut Æmilius Probus (n) recensent) cum Dionem sibi in Regno rivalem reveretur, nullam potio rem vindictam, securioremvè sui Sceptri stabilitatem invenit, quam Dionis filium parvulum, quem in sua potestate habebat, sic educare, ut otio, vino, epulis, scortisque indulgendo, turpissimis imbuueretur cupiditatibus, nullumque tempus sobrio relinququeretur. Quo effectit, ut quamquam postea Dion rerum potitus, filium à pristine vietu deducere studeret, & ad id custodes apponneret, nihil proficeret, quin potius ille, usque eo commutatum vita statum ferre non potuit, ut se superiora partæ ædium dejecerit, atque ita interierit.

EM-

(f) L. 4. tit. 7. part. 2.

(g) Tacit. lib. 12. Annal.

(h) Sueton. & alii in Neron.

(i) Claud. in 3. Cons. Honorii.

(k) Camer. 3. subciv. cap. 5.

(l) Drexel. in Trimeg. Beyerl. lit. I. pag. 147.

(m) Comin. lib. 10. pag. mibi 660.

(n) Probus in Dionys.

ARMIS, ET LITERIS.



Palladis hæc Icon una est eademque Minervæ
Nomina bina duplex munus habere dedit.
Urbibus imposita est Graiis tutela tuendis,
Lancea quas firmans, ornat, ut arma, liber:
Res decus è forti accipiet sic publica magnum,
Literis ornatur sed mage pacificis.

COMMENTARIUS.

MAnet ergo ex dictis in eo quod præcessit Emblemate, rectè & sollicitè educandos, & instituendos Principes esse. Quo verò intelligi possit, quibus in rebus instituto hæc præcipue versari debeant, presens subjicimus, ex Palladis imagine sumptum; quæ eadem & armorum, & pariter scientiarum omnium Dea, sub Minervæ nomine, ad antiquis Ethnicis colebatur; cuique, hac de causa, urbiuum suarum præsidium, & tutelam commendabant. Variè quidem illam pingentes & effigiantes, ut latè Lilius Giraldus (a), & Natalis Comes (b) observant, sed frequenter ita, ut hastam clypeo innixam una manu teneret, & librum in altera, subjectis interdum circa pedes draconem, & noctua, ut sic ostenderent, tum demum urbes incolumes esse posse, cum qui earum tutela, & gubernationi præpositi sunt, arma, oportuerit, tractare dedicerint, & ex literarum studiis talem scientiam, prudentiamque suis vigilis, & lucubrationibus acquisierint, ut justis, & locis, ac temporibus consentaneis legibus ac præceptis, Palladis instar, subiectos sibi populos regere, & tam domi, quam foris, tam in sago, quam in toga, prudenter tutari, moderarique valeant.

2 Etenim, ut cum Horatio (c) (licet aliud agente) loquar:

— Alterius sic
Altera poscit opem res, & conjurat amicè.

Et cum in omnibus illud obtineat, quod Laertius (d) Aristipo, & Plutarchus (e) Agesilaus tribuit, scilicet, ut in his potissimum adolescentes instituantur, quæ viris usui, & decori fu-

(a) Girald. de Diis Gent. Syntagm. II.

(b) Natal. in Mithol. lib. 4. cap. 5.

(c) Horat. in Arte Poetic.

(d) Laertius lib. 2. cap. 8.

(e) Plutarc. in Apoph. Jacon. part. 1. mor. pag. 379.

futura sint, satis appetet, eos, qui ad regendos populos eruditur; his potissimum artibus, ac disciplinis debere instrui, quas praeponitus nobis Palladis typus ostendit, & Justinianus Caesar (*f*) expressit, dum dixit: *Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis recte possit gubernari, & Princeps Romanus, non solum in hostilibus praeliis vitor existat, sed & per legitimos tramites calumniantium iniurias expellat, & fiat tanjuris religiosissimus, quam vicitis hostibus triumphator magnificus.*

3 Quæ verba ferè ad literam transtulit lex nostra Partita (*g*), & quod in eis Justinianus, quod erat armorum legibus tribuat, & è contrario non per incuriam factum fuit, *ut bene Accursius (*b*) ibidem animadvertisit*, sed ut ostenderet, alterum alterius auxilio (ut jam tetigi) semper egere, & non minus Principum robur, in rebus civilibus, ac politicis, quam in bellicis, & militaribus experiri. Non enim frustra prisci omnes Scriptores, *ut Baldinus (*i*) observat*, universam administrandæ Reip. rationem duplices artes secuere, Pacis videlicet, & Belli, quas in suo Augusto laudavit Horatius (*k*), dum dixit:

*Res Italas armis tuteris, moribus ornes
Legibus emendens, &c.*

Et in suo Hilperico Fortunatus Poëta, sic canens:

*Legibus arma Regis, & leges dirigis armis,
Artis diversæ sic simul itur iter.*

4 Unde vel in nostra Pallede arma, que induit, & hastam, quam manibus gerit, nihil aliud significare, quam ingenii vim, & promptitudinem, apud Martianum (*l*) legimus:

Hasta etiam vibrans, penetrabile monstrat acumen.

Et (quod magis est) apud Ovidium (*m*), ipsum Martem, veluti Palladi invidentem, eadem hæc studia conjungere, sic enim habet:

*Nunc primon studiis Pacis Deus utilis armis
Advocor, & gressus in nova castra fero.
Nec piget incerti, juvat hac quoque parte morari.
Eloc solum ne se posse Minerva puteat.*

5 Et apertius idem docet Petrus Costalius (*n*), sub ejusdem ferè quam nos pingimus figura, sic in eisdem terminis inquiens:

*Jus sibi vidrandæ Tritonia vendicat bastæ,
Et jacit intrepida Norica tela manu:
Illa tamen solita est scriptis pallescere chartis,
Et pluteum innocuis cedere verberibus.
Hic bene convenient veterum monumenta Soporum,
Quem jussit lata sors ditione frui.*

Quo loci Pluteum innocuis verberibus cedere, ad illud satyrici (*o*) respicit: *Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vulgus. Plutei quippe appellantur librorum, & tabularum signorumque representaria, & tabula præterea ipsa, qua utuntur ii, qui aliquid meditantur, conscribuntur, ut benè Robertus Stephanus, Calepinus, & Persii ac Juvenalis interpres (*p*) docent.*

6 Quod verò in ultimo Disticho continetur, ubi philosophandum esse Principibus, ait, ex celebri illo satisque vulgato Platoni (*q*) seu Socratis monito symptom videtur, quod Cicero (*r*), Valerius Maximus (*s*), & alii (*t*), passim validè commendant, dum docuit: *Tum denum beatum terrarum orbem futurum, cum aut Sapientes regnare, aut Reges sapere cœpissent, sive ut alii transuerint: Cum vel Philosophi Regum in civitatibus obtineant, vel ii, qui nunc Reges, & Dynastæ appellantur, verè & idoneè philosophentur.*

7 Quod argumentum latissimè prosecutus Musonius in oratione, *Quod decet Principem philosophari;*

(*f*) Justin. Imper. in Proem. Instit. vide infr. Emblem. 66.

(*n*) Costal. in Peg. pag. 132.

(*g*) Proem. 3. part.

(*o*) Pers. Satyr. 1.

(*h*) Accurs. verb. Armis de Coratiis, & l. 1. in princ. C. de suffrag.

(*p*) Steph. & Calep. in verb. Pluteus interp. Persii d. sa-

(*i*) Bald. d. Proem. Instit. num. 10.

(*q*) Plat. lib. 5. de Rep.

(*k*) Horat. lib. 1. epist. 2.

(*r*) Cic. epist. 1. ad Quint. Frat.

(*l*) Martian. quem citat Salmat. ad Panciral. 1. part. pag. 292.

(*s*) Valer. Max. lib. 7. cap. 1.

(*m*) Ovid. 3. Fastor.

(*t*) Agap. ad Justin. Cæsarem. Polyb. lib. 12. & alii apud nostrum Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 9. num. 28.

ri; & in eodem hærens Synesius (*u*), rectissimè negat, in viribus solis scelicitatem Principis positam esse; eamque prædicat esse absolutam omnibus numeris eorum vitam, qui prudentiam potentia consociant. Quæ res conjunctæ, robur inexpugnable conciliant, disjunctæ verò, invalidum, & inutile, quando videlicet, aut robur prudentia sit destitutum, aut prudentia viribus defecta.

8 Addens, hoc Ægyptios significasse, dum Mercurii simulachrum simul constituebant, alterum juveni florenti; alterum maturo senio venerandi, volentes innuere; eum qui recte Rem publicam, aut Regnum sit administraturus, conjunctam cum sapientia & prudentia fortitudinem habere debere, quasi alterum absque alterius ope inutile sit.

9 Ex quo Symbolo Adrianus Junius (*x*) quoddam Emblema formavit, cuius lemma est, *Prudentia cum robore conjuncta*; & versus sic habet:

Viribus Cyllenus integris stat,

Junctus cum senio gravi.

Robur incutendum est, sapientia si

Firmes: qua sine concidet.

Qui cum illis Horatianis (*y*) convenient:

Vis consilii expers mol e ruvit sua,

Vim temperatan Dii quoque provebunt

In majus: iidem odore vires

Omne nefas animo moventes.

10 Quod sanè temperamentum, juxta Ovidii (*z*) sententiam, nulla melius via, quam ex bonarum artium disciplina, & institutione paratur, cujus verba sunt hæc:

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,

Emolit mores, nec sinit esse ferios.

Et iterum:

Artibus ingenius, quarum tibi maxima cura est

Corpora mollescent, asperitasque fugit.

11 Et, ut bene advertit Nicolaus de Cusa (*a*), quamvis sine literarum studio Principes aliqua sciæ possint, res tamen difficiles, & grandes, nequaquam; cum scientia crescat per aditamenta. Nam juxta Quintiliani (*b*) monitum: *Et si prudentia quosdam impetus à natura suamat, tamen perficienda doctrina est.*

12 Et cum ad eos spectet leges condere, civium commodis prospicere, legatos mittere, negotia gerere, fœdera inire, bellum justis de causis gerere, que sunt pacis, & belli tractare, distinctiones morborum, & publicorum malorum remedia scire, & sexenta alia, quæ facilius sensu concepi, quam calamo exponi possunt, Rudis Princeps, & his disciplinis, velut acie oculorum orbatus, in mille errorum vias abducetur, ut ait Antonius Viperanus (*c*), primum quippe doctrina prudentiam gignit, atque ut experientia senes, sic erudi homines sunt ipsa rerum scientia providerentes.

13 Quod Polyphemi lumine privati exemplo Schoonhovius (*d*) in Emblema deduxit, cuius jam suprà mentionem feci; & Plutarchus (*e*) etiam idem ipsum explicat, similitudine à Colloso male intus librato desumpta, inquisisque, tales esse in eruditos Duces, ac Principes, qui quoniā sapientia, & prudentia necessarium pondus non habent, quantumvis magni & ampli exterioris videantur, & gravitate vocis, torvitate vultus, ac morum truculentia, fugaque consuetudinis humanæ, majestatem, & auctoritatem Imperii sibi videantur imitari, sæpe numero tamen vacillant, ac subvertantur. Etenim cum basi non recte posite, sublimem superstruant potestatem, simul cum ipso pondere nutant, & ad ruinam inclinantur. Quod, (ut appareat) sequens Æneas Sylvius (*f*), inter Principem illiteratum, & marmoream statuam nihil interesse dicebat.

14 Agnovisse etiam hujus præclaræ conjunctionis, & eruditio necessitatem, & utilitatem videtur, Eduardus Rex Portugalæ, qui Tingin & Arcillam cepit, & ut recolit Octavius Strada (*g*), pro Symbolo lanceam sive hastam erectam sumpsit, cui serpens implicitus erat, cum hoc lemmate, *Loco, & Tempore*, ut significaret, Principum animos armis & prudentia dotatos esse debere, omnemque Regnandi artem in hac duo tempora, Belli nimurum ac Pacis,

(*u*) Synes. in orat. de Reg. adm. ad Arcadium, vel, ut alii volunt, ad Theodor. Junior.

(*b*) Quintil. lib. 12. cap. 12.

(*c*) Viperan. in lib. de Regi, & Regno, cap. 10.

(*d*) Schoonh. Embl. 71. quem retuli sup. Emb. 23. in fine.

(*e*) Plut. in lib. de fort. Princ.

(*f*) Æn. Sylv. epist. 4.

(*g*) Nicol. de Cusa in lib. Idiotæ de Sapientia.

(*g*) Strada in Symbol. Reg. pag. 51.

respicere, quæ in vita humana momenti plurimum habent, ut præter Justinianum jam supra citatum, Isocrates, Lucianus, Halicarnassus, Polybius, & alii testantur, quorum verba adducit, & ex Græco Latina facit, Baldinus (b), his gravissimi optimorum Auctorum sententiis, quæ apud eum videri poterunt, Justiniani dictum illustrans.

15 Quibus mirè item convenit Symbolum aliud, quod idem Strada (f) & Petra-Sancta (k), Friderico III. Romanorum Imperatori adscribunt, aperti nimis libri, cui armatum humanum brachium, manu distractum gladium tenens, insistebat, ac Epigraphæ addita, *Hic regit, ille tuetur*, quasi ostendens, his duobus omnem Regni statum conservari, ut magis exprimunt alii, qui orbis terrestris globum, gladio transfixum, super similem codicem pingunt, hac inscriptione adjecta, *His nititur Orbis*, quæ videtur jam inde à Julio Cæsare originem trahere, qui imaginem suam mundi Sphæram insistentem, insculpi fecit, una manu gladium, altera vero librum tenentem, & hoc titulo superaddito, *Ex utroque Cæsar*; tamquam indicans, non minus armis, quam literis, & prudentia, sibi aditum ad Imperium Romanum acquirendum, fecisse, & acquisitum conservasse. Nosque in Friderici Symbolum collimantes, sic alibi lusi-
mus:

Ensiferam spectate manum, quæ comprimit Orbem;

Attamen in solo nittitur illa libro.

Ense valet Sophia, & Sophia protegit enses,

Hi ferunt, illos ista ferire docet.

16 Et nuper in simile aliud nostri D. Didaci Saavedrae (l) incidimus, qui in eamdem armorum & legum, seu literarum conjunctionem intendens, tormenti belllici pictura uitit, quod vocamus, *Pieza de artilleria*, amisi, sive norma, quam Hispanæ dicimus, *Equadra*, ori eius admota, & hoc lemmate, Non solum Armis, ut significet, vanam quidem & nocivam interdum esse armorum potentiam, nisi & hæc scientia, & prudentia literarumque cognitione dimetatur, ac temperetur, sciantque Principes, qui rerum potius, utrumque conjungere, & Alphonsum Aragonum Regem I. imitari, qui, *Panormitano* (m) testante, dicere solebat, *Ex libris se arma, & armorum iura didicisse*. Et vel à Vegocio (n) discant, nullum esse cui sapientia magis conveniat, quam Principi, cuius doctrina omibus prodesse subditis debet.

17 Quam sententiam mirè juvat Alphonsus Rex Noster, & pro lege à posteris suis observari voluit, dum sanxit, ita eos institui debere, ut vel à se ipsis in rebus arduis optimum consilium capere valeant, nec consiliariorum pedissequi ac veluti servi esse cogantur, & statim subdens (o): *Acucioso debe el Rey ser en aprender los saberes, ca por ellos entenderá las cosas de Reyes, é sabrá mejor obrar. Ca sin duda tan gran fecho como este de reynar, y gobernar, no le podría ningun ome cumplir, á menos de buen entendimiento, é de gran sabiduría, donde el Rey que despreciese de aprender los saberes, despectaría á Dios de quien vienen todos.*

18 Hocque ipsum Libanius (p) agnovit, qui his duabus præclaris artibus potissimum civitates conservari, scriptum reliquit, *Themistius* (q), quatenus mutuam inter Imperium, & Philosophiam benevolentiam esse ait, & eum qui alii præst, non potestate solum regendi, ac imperandi, sed dignitate, prudentia, sapientiaque subditis antecellere convenire. Div. Gregorius Nazianzenus (r), hoc præclarum monitum inter sua Tetrasticha inserens:

Est forte cœca tutior prudentia

Namque illa rerum est impetu tantum leris.

Hec clavus: ac nihil literis tibi sit prius,

Quas possidentes unicas opes habent.

Quod perinde est ac si diceret, quod quemadmodum navis in mari sapientia, ac prudentia clavo regitur, atque ad portum appellatur, quia ut Titinius dixit:

Sapientia gubernator navis regit, non valentia.

Sic mens prudentia clavo animam gubernans, ac moderans, ad securum litus eam dirigit: & sola eruditio ejusmodi est, ut illam illi soli à quibus possidetur, sibi vindicare queat; atque hæc viventibus ad extremum usque sociam se præbeat, & vita discedentes comitatur.

19 Etenim, secundum Platonis (s) sententiam, doctrina est laudis fundamentum, fons vera felicitatis, & ut laurus perpetuo viret, ita eruditio fama non marcescit. Principeque (ut Æneas Sylvius (t) præclarè scriptum reliquit) non splendor suæ fortunæ, non vestes aureæ, aut

(b) Bald. in dict. Proem. Inst. num. 10. & 11. partid. 7.

(i) Strada sup. pag. 18.

(k) Petr. Sanct. pag. 224.

(l) Saaved. Emped. 4. pag. 25.

(m) Panorm. de dict. & fact. Alphons. lib. 1.

(n) Vegec. de remitti. in pref. ad Valent. August.

(o) Lu 16. tit. 5. part. 2.

(p) Liban. declam. 28. in fine.

(q) Themist. orat. 16. & in aliis parsim.

(r) Nazianz. in Tetrast.

(s) Plato lib. 6. de Repub.

(t) Ann. Sylv. epist. 109.

ornatus crinum, & equorum propria pompa, ita honestabit, quantum ipsarum decor literarum, & fama virtutum, quarum facies, si videri posset, pulchrior esset, quam Lucifer, aut Hesperus, ut Aristoteles tradit.

20 Sed omissis innumeris aliis sententiis, & doctorum sive literatorum Principum exemplis, qua in hanc rem à Platone (u), Plutarcho (x), Stobæo (y), Valeriano (z), Torres (a), Tiraquello (b), & novissimo Philippo Camerario (c) latissimè recensentur, audi precor Erasmus (d), qui qualiter literæ Principes ornent, his verbis scripsit: *Insani sunt, qui existimant Egregios Principes à nulla re magis abesse, quam à libris, studioque Philosophiae: perinde quasi hic duo ex diametro inter se pugnant, sapere, & Principem agere; cum ita inter se cohoreant, ut si alterum alteri adimam, nihil jam reliquas præter inanem Princis talitum. Cenotaphiorum instar, quæ nomina tantum, & stemmata foris ostentant, cum intus bacua sint.*

21 Audi & Marcum Antonium Nattam (e), quem, inter plures alios, Canonherius ad idem allegat, non minus præclarè monentem: *Quod cum veræ, & eruditæ literæ ad querendam laudem peitus instament, à dedecore retrahant: cum instruant scientia, arment eloquio; quisque, quod in altiori fastigio positus, plurimorum commoda, & utilitatem speculari necesse babet, & tueri, eò magis in illas incumbere debet, &c.*

22 Audi etiam & ex nostris strenuum illum, & nobilissimum Equitem D. Enecum Lopez de Mendoza, Santillana Marchionem (f), dum inquit: *La ciencia no embota el biero de la Lanza, ni hace floja la espada en la mano del Cavallero. Et Hyronimus Romanum (g) æquè verè docentem: Que la Sabiduria tiene el primer lugar en la casa de los Principes prudentes; y quando ella no asiste en los Palacios Reales, la prudencia falta, la justicia se estraga, las virtudes van en declinacion, los buenos están puestos en olvido, y no hai cosa buena. Todo lo que se loa en los pasados tuvo principio del saber cuando buvo poca justicia, y tirania, robos, crueldades, fuere por no tener en su compañía la sabiduria. Quod etiam non male expressit ille Poëta (b) qui dixit:*

Si humana jact virtus, ut nulla salutis

Judicio spes sit, Cosse, relicta tuo.

Quæ sit causa, taces, dicantibi, caussa malorum est,

Plena quod in doelis omnia sunt dominis.

23 Sed otiosè quidem in profanis ad hoc sententiis, & testimoniis adducendis immoror, cum sacrae Literæ nihil nos frequenter admoneant, quam sapientem, & eruditum esse debere, qui populis regendis ac judicandis præficitur, ut satis ostendunt loca jam à Nobis supra perpensa (i) David (k) dum inquit: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram; & Sapiens (l) docens: Si delectamini sedibus, & Sceptris, & Reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.*

24 Et quid Salomon hanc eruditionem à Deo infusam habere meruit, simul atque judicium illud inter mulieres de filio disceptantes, pronuntiavit, eam sibi circa populum gloriam, auctoritatemque comparavit, ut de eo sacra Pagina (m) dicat: *Audivit itaque omnis Israel judicium, quod judicavit Rex, & timuerunt Regem, videntes sapientiam esse in eo, ad faciendum judicium. Quem locum pulchritè explicans D. Ambrosius (n) inquit, ipsum Salomonem ita possidente sapientiam, ut daretur sibi cor prudens audire & judicare cum justitia. Moyses quoque, quia à Pharaone in Regni successorem destinabatur, eadem Scriptura (o) testante, eruditus fuit in omni sapientia Ægyptorum, quod Philo ita explicat, quasi fuisse instrutus vel edocitus omnes artes liberales. Quia apud Ægyptios iidem & Reges, qui & sapientes fuere, adjecto etiā Sacerdotio, unde illis appellatio Ter maximæ contigit, ut ultra alios Joannes Franciscus Picus Mirandulanus (p) observat, longa adjecta nomenclatura eorum, qui apud varias nationes, variis seculis, simul & armis, & literis operam dantes, magnum sibi nomen pararunt.*

25 Quæ omnia satis ostendunt, quid sentire debeamus de illa quæstione, quam latè ad partes disputant Melchior Junius (q), Reinhardus Coningus (r), & Beyerlinchus (s): *Utrum scilicet*

opus

(u) Plat. lib. 5. de Rep.

(x) Plutar. in lib. quod Princ. Philosoph. sit, & ubi de princ. in eruditio.

(y) Stobæo Serm. 46.

(z) Valer. lib. 7. cap. 2.

(a) Torr. lib. 6.

(b) Viraq. de nobil. cap. 5.

(c) Camer. 1. tom. cap. 2. per tot. è 3. tom. ex pag. 163.

& 236.

(d) Erasm. cent. 8. epist. 4.

(e) Natt. de doct. Princ. lib. 1. apud Canonib. in Aphor.

1. tom. pag. 449.

(f) March. Santillan. in Epist. Dedic. suorum Proverb.

(g) Roman. in Prolog. ad Resp. Mund.

(h) Lud. Poët. apud Canonib. in Aphor. pag. 302.

(i) Sup. Emb. XXI.

(k) David. Psalm. 2. 10.

(l) Sap. cap. 6. Eccles. cap. 10. & 24.

(m) Reg. 3. cap. 3. in fin.

(n) D. Ambr. lib. 2. off. cap. 8.

(o) Act. Apost. cap. 7. 22.

(p) Mirand. in comm. ad suos Hymnos, fol. 32.

(q) Junius 2. parti. quæst. polit. quæst. 10.

(r) Coningus in Theat. polit. 2. tom. cap. 21. pag. 151.

(s) Beyerlinch. in Theat. verb. Magistrat. pag. 164. & seqq.

opus sit Principibus literas discere? Etenim licet Gothorum, & Bohemorum (*t*) antiqua consuetudo objiciatur, qui graviter vetuisse dicuntur Reges suos literas discere, quasi existimantes, illas longo ab fortitudine intervallo abesse, ac magnanimitate: quin item effeminari potius animos, remollitosque ad temeritatem dilabi. Et Licinius Imperator (Aurelio (*u*) Victore tradente) adeo infestus literis fuerit, ut & virus, & pestem publicam easdem, & præsertim forensem industram, appellaret. Necnon etiam Philippus Francorum (*x*) Rex filium suum alii literis imbuvi veterit, quām iis, quā ad subscribendas Regias epistolas, diplomatae sufficerent; ut & Ludovicus XI. cum Carolo VIII. filio suo se habuit, præcipiens, ne ullis aliis Latinis literis erudiretur, quām his: *Nescit regnare, qui nescit dissimilare.* Duplici nimurum de causa, altera, ne dum literarum cognitione ad res agendas timidus redderetur, aliorum exempla potius intuens, quām suo genio obsequens. Vide Muretum (*y*), qui adeo est elegans, & nervosus, ut vix putem, quemquam orationem *z*, legere posse, quā singulare eruditio amore accendatur.

26 Ejusmodi tamen Amusorum hominum voces, asiniae à Trajano Maximiliano I. & aliis cordatis Principibus dictæ sunt, maturus, ac rectius existimantibus, illiteratos Reges esse quāl asinos coronatos, ut post Polycraticum (*z*) recensent *Æneas Sylvius* (*a*), *Sansovinus* (*b*), *Camerarius* (*c*), & alii. Quibus adridens Alfons Rex Aragonum I. ut *Antonius Panormitanus* (*d*) testatur, cum audiret Regem quendam Hispanię dixisse, non decere viros Principes scire literas, bovis hanc esse vocem dixit non hominis; & malle se privatum vivere, quām eruditione carere. Ex Vladislaus, Rex Hungariae & Bohemiae I. secundum *Æneam Sylvium* (*e*), quamvis adhuc puer, cum esset Romæ, dicebat, non videri sibi homines, qui literas ignorarent. Quia, eodem Sylvio apud nostrum Saavedram (*f*) censete, plebeis hominibus argentum nobilibus aurum, Principibus, gemmæ pretiosissimæ sunt, & esse debent.

27 De Pico quoque Mirandulano refert Petrus Crinitus (*g*), quād dicere solitus erat, nullum se animal videre in vita mortali stultius atque insolentius, quām divitem hominem, qui bonarum disciplinarum sit imperitus, à studiisque liberalibus abhorreat; quoniam divitiae illæ impudicis voluptatibus atque desidia paratae sunt, neque in usus hominum, aut aliquam vitæ utilitatem erogantur.

28 Et de Romanis pariter legimus, quād cum de Imperatore eligendo, aliquando vel ipsi armati milites agerent, Tacitum, quia literis impensè doctus ac deditus erat, uno ore (ut Vopiscus (*b*) refert) Cesarem acclamarunt: *Quis vociferans, melius quām literatus imperabit.*

29 Inter quos plures etiam alios exitisse, qui magnam vitæ partem studiis, & literis applicuerint, lato calamo Coningus (*i*) recenset. Inter eos M. Antonium Philosophorum memorans, qui tantum operis, & laboris studiis impendit, ut corpus asiceret, atque in hoc solo, pueritia ejus, juxta Julium Capitolinum (*k*), reprehenderetur. Quod tanti fecit Athenagoras Philosophus Atheniensis, ut cum Christianorum causam apud ipsum & Commodum agere instituisset, hac sua legationis inscriptione usus sit: *Athenagoræ Atheniensis Philosophi Christiani legatio Imperatoribus M. Aurelio, Antonio, & Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, quod autem Maximum Philosophis.* Cognoscens utique tam doctus, quām facundus homo, majoris esse gloriae Philosophi nomen, quām usurpatum à devictis Armenis, & Sarmatis cognomentum: idque etiam illis gratius esse jure debere, ad quos verba faciebat, cupiebatque sibi eos conciliare honesta nuncupatione Philosophi.

30 Quantum autem in contraria filiorum institutione erraverint Gothi, Athalarici Italiae Regis ab Amalafuentæ matris rectiori disciplina per vim abstracti, miserabilis casus ostendit, quem latè Carolus Siganus enarrant. Quantum etiam Ludovicus XI. in Carolo filio à bonis literis removendo, æquæ signanter Philip. Comineus (*m*) diligens, & verus eorumdem Regum adsecula, & historiographus memorat, cuius liber Enchiridium Principum, ut *Lipsius* (*n*) ait, vocari meretur, referens, quot damna Carolus, hujus malæ educationis causa, pertulerit, & certò statuendum esse inquisiens: *Deum non concedidisse Regna, ut gubernarentur ab hominibus ineptis, & stolidis, qui frivola quadam, & misera jactatione solent dicere, se quād ussum literarum non habeant, suis familiaribus, & necessariis omnem actionem committere, ac deinde nulla probabili*

ad-

(*t*) Cœl. Yehod. lib. 8. cap. 1. Dubrav. hist. Bohem. lib. 18.
(*u*) Aur. diſt. in Constantino, & Entropius.
(*x*) Paul. Æmil. de gest. Franc. lib. 10.
(*y*) Muret. orat. 23.
(*z*) Polycrat. de nugis, Curial. lib. 4.
(*a*) Sylv. epist. 4.
(*b*) Sansov. fol. 6. & 7.
(*c*) Camer. 3. tom. pag. 185. & 242. & alii apud Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 10. num. 6.

(*d*) Panorm. de diſt. & fact. Alfons. lib. 4.
(*e*) Sylv. hist. Bohem. lib. 3.
(*f*) Saav. Emp. 4. pag. 18.
(*g*) Crinit. lib. 7. cap. ult. pag. 249.
(*h*) Vopisc. in Tacit.
(*i*) Coning. d. cap. 21. pag. 154. & seqq.
(*k*) Capitol. in M. Anton. Phil. vita.
(*l*) Sigan. de Imp. Occid. lib. 17. post. Suidam.
(*m*) Comine. lib. 3. in princip.
(*n*) Lips. lib. 1. civil. doct.

adducta ratione cur ita loquatur, totos se se dedunt voluptatibus. Deumque nulla majori clade populum affigere, posse, quām si Principem ei præficiat stolidum, & imperitum, &c.

31 Aegidius quoque Carroetus (*o*), eumdem Ludovicum hac in parte notans & reprehendens, dignum quidem fuisse ait, qui metamorphosi Nabuchodonosoriana in feram mutaretur, ut rationis adminiculo, nec præsenta declinare, nec futura pericula prospicere posset. Expeditionem Neapolitanam à Carolo temere susceptam, præclaræ illius institutionis primum factum, stultum Ludovici judicium satis redarguisse; ut quod de Atheniensibus olim, tunc quoque de Galis jaçatum fuerit, imprudentiam illorum, divina providentia corrigi solere.

32 Quod si adhuc cum Bodino (*p*) objecerit quispian, literarum cognitionem Principibus səpissimè perniciosam existere, nisi benè à natura, melius etiam à virtutibus instruti, & informati sint, quia nihil tam in Principe metendum, quām multa rerum abditarum cognitionis, cum sceleri conjuncta, indeque Romanae Reipublicæ detentosam magis quam proficiam fuisse Tiberii, Claudi, & Neronis eruditioem. De quo ultimo hac propter dicere potuit Ausonius (*q*): *Neronis indolem non erudit Seneca, sed armavit sævitiam.*

33 Huic objectioni facile respondebitur, hoc non ex verò usu artium, sed ex pravitate, & inclinatione naturæ instituendorum, sive jam institutorum, procedere, quia deteriores ut plurimum per doctrinam sunt homines ad malum proclives, ut bene *Gregorius Schombornerus* (*r*), & *Coningus* (*s*) animadvertiscant. Nec idē tamen à bonis disciplinis supersedendum, quia etsi pro varietate subjectorum diversimodo operentur, tamen per se, & sua natura, mores quantumvis depravatos corrigeret, & ingenium, licet in malum propensum, excolare, & ad meliorem frugem reducere solent. Quod Attilius Regulus (*t*) apud Papinianum nostrum ostendit, dum fateatur, se Nicostrati præceptoris sui eloquentia, diligentia meliore redditum fuisse, & pluribus ornat Scipio Gentilis (*u*), & in eisdem de quibus loquimur terminis, Cordatissimus Comineus (*x*), qui, quamvis etiam verum esse agnoscat, quosdam Principes, qui ingenii satis habent, & cognitionis, plerumque propter ignaviam, & malitiam eis abuti, neque ad res honestas accommodare; doctrinamque, vel meliores reddere homines, vel deteriores, pro cujusque natura, & inclinatione, statim tamen ita subdit: *Sed tamen verosimilitus est, aliquem ea fieri meliorem.* Nam quā quisque magis qui se deceat intelligit, è vehementius ipsum neglecti pudet offici; & etiam si non omnīnd sibi temperet à maleficis, tamen ne planè modum excedat, cavit. Ac istud quidem usum contemptu bæbo. Multos enim novi, quos à præv. & illaudatis consiliis eruditio sola retraxit Huc etiam accedit metus divini Numinis, quanta enim sit peccati magnitudo, & quanto pere Deus offendatur flagitis, docti non pauci melius quām homines imperiti cognoscunt, &c.

35 Idemque ipsum sentit Vanozius (*y*), sic inquiens: *Coloro che hanno biasimato le lettere, è deto male de buoni studi, erano ignoranti, è pieni di malitia: e nel persuadirlo à Prencipi, erano scelerati: si come erravano nel mezo de dimostrarlo, con dire, che lo studio guasta il cervello. Perche trovando in uno, una buona, è natural dispositione, lo studio lo rende perfetto, è il buon naturale col buon accidentale, fa optima compositione.*

36 Quā tamen omnia non eo animo à Me dicta esse existimet quispian quasi velim Principes omnibus artibus ac disciplinis penitus instrui, vel instructos, eisdem meditandis assidue vacare, quod vel in privatis solet esse nocivum, & in eis planè absolum, & impossibile, quos fortunæ calculus mundi gubernaculis admovit, & tractandis Reipublicæ habenis præpositi sunt: sed id tantum cum Erasmo (*z*), & Botero (*a*) eos monitos velim, ne prorsus ab omnibus studiis & libris seu noxiis abstineant, perinde quasi hoc demum verè Regium sit, nihil omnīnd, vel scire, vel agere, præter aleam, venatus moriones, & his etiam sordidiores voluptates. Cum quibus enim amicis libertutis confabulabitur cor datus & plus Princeps, quām cum in iis, qui & semper presto sunt, & sapient plurimum, & nihil loquuntur ad gratiam? aut quo melius otio, rerum gerendarum negotium temperabit, quām si in optimis literis per etatem non segniter exerceatur, præsertim iis, quā ad egregium Principem gerendum, vel addunt stimulos, vel viam aperiunt?

37 In quibus quidem recensendis, & peculiariter illustrandis, quia multi multa dixerunt, contentus ero, eis, post primas literas (quas qui ignorant Idiotæ, & Analphabeti dicuntur) variarum, quām maximè poterunt, linguarum peritiam, Logicæ, Rhetoricæ, Matheseos, Philosophiæ, Ethicæ, Politicæ, Jurisprudentiæ aliqualem cognitionem, & rerum militarium exactissi-

(o) Carroetus. de diſt. & fact. mem.

(p) Bodin. lib. 3. de Rep. cap. 1. num. 139.

(q) Auson. in grat. ait. ad Graian.

(r) Schomber. 2. Polit. cap. 31.

(s) Coning. d. cap. 21. pag. 164.

(t) L. Attilius 27. D. de donat. vido etiam l. 3. §. idem.

D. ad exhib.

(u) Gent. ad Apol. Apul. not. 55.

(x) Comin. lib. 10. pag. 660.

(y) Vanoz. in monit. Polit. vol. 2. mon. 1530. pag. 520.

(z) Erasm. cent. 8. epist. 44. & in pref. ad Sueton.

(a) Boter. de Polit. illustr. lib. 2. cap. 1.

mam, commendare. Quæ omnia facilius consequi poterunt, si præter multorum, bonorum tam
men, librorum lectionem, Doctorum virorum interdum conversationem appetant, ex quibus, ut
Coningus (b), & *noster Saavedra* (c) considerant, multa sensim paulatimque haurire, & sine multo
laboro discere poterunt. Nam ut in *Salomonis Proverbiis* (d) habetur: *Auaciens sapiens sa-*
pientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.

38 Sed in nihilo magis proficiet, quæ si se totos historiis legendis, recolendis, exem-
plisque earum, tum secundis, tum adversis, memoria mandandis, applicuerint: quantum enim
aut ætati nostræ, aut ingenio deest, tantum præcedentium seculorum experientia, & historiæ cog-
nitione supplemus. Quæ scitissimè à *Marco Tullio* (e) definitur, vel describitur: *Testis tempo-
rum, lux veritatis, vita memorie, Magistra vite, & vetustatis nuntia.* Et à *Nazianzeno* (f):
Conglobata quædam ac velut coacervata sapientia. Hominumque multorum mens in unum collecta.

39 Testanteque etiam *Cominæ* (g): *Maximum monumentum adfert historiarum cognitio, juve-
nilibus annis percepta. Nam extant in his pulcherrimæ picturæ, que clare demonstrant, quid in
rebus præsentibus facere, quid etiam fugere debeamus.*

39 Cum quo consonans *Petrus Crinitus* (h): *Nemini dubium est (inquit) vitam ipsam mor-
talium fieri multò prudentiorem, & cultiorem, ex rerum, historiarumque observatione. Sed ea pre-
cipue sunt pluris æstimanda, quæ ad usum magis ipsum, & vita rationem conducunt: sicut exem-
pla Antiquitatis sunt, ex quibus ita homines subinde fiant prudentiores, ut qui optimè antiqui-
tatem calear, his æquè & præsenta intelligit, & futura subinde prospicit.*

40 Et ea nihil ad res civiles, & publicas deliberationes, utilius esse, optimè etiam Aristoteles (i), *Livius* (k), & alii plures Auctores docuerunt, quos *Joannes Bodinus, Justus Lipsius,*
& *noster Regius Chronographus Ludovicus Cabrera* (l) recensent, in peculiaribus libris, quos
de modo & methodo legendi historias typis mandarunt, & latè *Baptista Fulgosus*, sive *P. Justus Gaillardus* in præfatione libri factorum & dictorum memorabilium.

41 Ut iterum non omittam *Alphonsum Regem Aragonum* I. qui cum Capna ægrotaret,
ut *Panormitanus* (m) enarrat. Quinti Curtii historiarum lectione delectatus, vi morvi superata,
sanitatem adeptus: *Valeat (dixit) Avicena, valeat Hippocrates, & vivat Curtius restitutor sani-
tatis.*

42 Et Nicetam Coniatem, qui ita de eadem scripsit: *Quamobrem, baud ab re liber viven-
tium appellabitur historia, rerumque gestarum descriptio tuba clangor, quo jam olim mortui, ve-
lut è sepulbris excitati, in medium producentur.*

43 Cum Plutarcho (n) etiam *Petrus Victorius* (o) enarrat, *Lucium Paulum Æmilium*, qui
devicit Persem Regem Macedonum, in ornanda vita sua & omni virtute expolienda, diligen-
tissimè solitum, tamquam in speculum, inspicere in historiam, atque ita studiosè semper cona-
tum esse imitari virtutes, & præclara facta eorum, qui illuc laudati forent. Quod in *Regibus*
potentius operari, quæ si illorum statua, picturasq; intuerentur, his verbis *Sallustius* (p) edo-
cuit: *Scilicet non æream illam, neque figuram, tantam vim à se habere; sed memoriam rerum
gestarum eam famam in egregiis viris in pœnæ crescere.*

44 In quibus locis recensendis idè immorari volui, quod viderim injustè hanc occupatio-
nem à Bonifacio Vannozio (q) taxari, & veluti inutillem, ac periculosam censeret, usque ad
nihil est boni, vel optimi, quod non in malam partem à quo quam verti possit, si eo minus
licitè ac prudenter utatur.

45 Sed ut videas, quantum in hoc à communi prudentium omnium opinione dissentiat, si
præcitatæ Auctores ad historiæ utilitatem suadendam non sufficient, quæ sit maxima illius vis,
vel ex *Claudiani* (r) carminibus discere poteris, apud quem pater *Honorii Imperatoris*, filium
ad evolvendas historias, tamquam studium magnis semper Principibus dignum, his verbis, non
solum hortari, verùm & impellere quoque videtur:

*Interea Musis, animus dum molior, instes,
Et, que mox imitere, legas: nec desinat unquam
Tecum graja loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve Duces, assuesce futuræ
Militie. Latium retro te confer in æcum.*

Li-

(b) *Coning. d. cap. 21. pag. 161.*(c) *Saavedra Empr. 4.*(d) *Proverb. 1. 5.*(e) *Tullius lib. 2. de orat.*(f) *Nazianz. ad Nicob.*(g) *Comin. lib. 3. pag. 371.*(h) *Crinit. lib. 1. cap. 1.*(i) *Arist. Rer. cap. 5.*(k) *Livius lib. 1.*(l) *Bodin. & Cabr. Lipsius lib. 1. civil. doct. cap. 8.*(m) *9. & in monit. & exempl. Polit. cap. 8.*(n) *Panorm. lib. de dict. & fact. Alphons. I. Lycosth.**post eum in Apoph. pag. 344.*(o) *Plutarch. in Paul. Æmil.*(p) *Victor. lib. 38. var. elat. cap. 5.*(q) *Salust. in Jugurt.*(r) *Vannoc. tom. 1. monit. Pol. num. 493.*(s) *Claudian. in 4. cons. Honor.*

*Libertas quesita placet? Mirabere Brutum:
Perfidiam dannas? Metii satiabere panis.
Triste rigor nimius? Torquati despue mores.
Mons impensa bonum? Decios venerare ruentes,
Vel solus quid fortis agat? te ponte soluto.
Oppositus Coelos, Muci te fama docebit.
Quid mora perficiat? Fabius: quid rebus in arclis
Dux gerat? ostendet Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis osistere causas.
Prorrogat æternam feritas tibi Punica famam.
Regule, successus superant aduersa Catonis.
Discitur hinc quantum pantertas sobria possit:
Pauper erat Curius, Pyrrhi cum sperneret aurum;
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.
Lustrata liætore case, fascesque salignis
Postibus affici, collectæ Consule messes:
Et sulcata diu trabeato rura colono,
Hec genitor præcepta dabat, &c.*

46 Mec dissimilis fuit cura Basili (s) Imperatoris idem filio suo Leoni his verbis enixè
commendantis: *Per veteres historias ire ne recusa. Ibi enim repieres sine labore quæ atti cum
laboro colleguntur; & quæ illinc baurias, & bonorum virtutes, & in proborum vita: Varias hu-
manæ vitæ mutationes, & rerum in ea conversiones: Mundis bujus instabilitatem, & Imperiorum præ-
cipites casus, & ut verbo complector, malorum facinorum poenas, & bonorum præmia: quorum
illa fugies, ne divine justitiae manus incidas; hec amplecteris ut præmia, quæ ea comitantur,
potiaris.*

47 Unde & historia merito hoc encomio à Neotherico quoddam donatur:

*Illa ego quæ gestis presum custodia rebus,
Digero quod caveas, quodque securis iter,
Priscaque ne veteris vanescat gloria secli.
Vivida defensant quæ monumenta, damus.
Et sua virtutis per me sunt præmia, rursum
Impia famosis defero facta notis.
Eloquor, & summi quantum jaçentur, & imi:
Eloquor, & cæcæ fasque, nefasque Deæ.
Quod majus Theatrum (t) circuse capacior, aut quæ
Doctior humanæ scena referre vices?
Me sine, quis prudens? Unde experientia major?
Qui me adiit tandem non mage doctus eat?
Omnis enim nostro pendet prudenter sensu,
Reteque nil, nostra qui caret arte, sapit.*

48 His locis alia ex sacra Pagina, & sanctis Patribus eruditè petita P. *Joannes Pineda* (u)
addit, tradens, quam *Historia peritissimus Salomon fuerit*, & non minùs doctè, elegantissi-
mus Pater *Carolus Scribanus* (x), & novissimus Pater *Joannes Antonius Velazquez* (y) pluri-
bus probans, quæ sit utilis in Principe Historiarum cognitio, sacrarum presentim, & deinde illarum, in quibus Regum Prædecessorum, & Parentum suorum facta dictaque conscripta
sunt. Quod hæc, ut ad ipsum proximè pertineant, ita illius animum acrius ad imitationem ur-
gent, & ardenter inflament.

49 Quæ omnia acutus, & Modernus Epigrammatarius *Angulus* (z) hoc quoque carmine do-
cuit:

*Historias versando peritus id absque periculo,
Quod docti dannis experientur, habet:
Nec tan multa gracis rerum experientia longo
Tempore, quæ parvo te docet Historia.*

Qui-

(s) *Basil. Imp. in cap. Parænet. cap. 56.*(t) *Hoc convenit cum diffinitione Thucyd. histor. Pe-**lop. lib. 1.*(u) *Pined. de reb. Salom. lib. 3. cap. 17.*(x) *Scriban. in Christ. Polit. pag. 177. & seqq.*(y) *P. Velazq. de Optim. Princ. lib. 3. adnot. 4. pag.*

334.

(z) *Oven. lib. 2. Epig. 167. Consonat illud Comici:**Optimum & tutissimum est ex aliis discere tibi quod ex
usus, &c.*

50 Quinimò secundum eamdem Patrem Velazquez (a), non solum in iis, quas retulimus scientiis, & disciplinis, instructus esse debet, verum si sonum literalem Salomonis attendamus, Divinatrici quoque incumbere, & in expediendis negotiis veluti præsagam mentem habere. Sic enim in Proverbis (b) habet: *Divinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus.*

51 Quod valde juvat Ciceronis (c) locus, licet à predicto Auctore non relatus, ubi inquit: *Olim Reges præstansimi, auguriis, & prædictioribus clarerunt: & se suosque liberos, iis disciplinis eruditri curaverunt. Quid Asia Rex Priamus, nonne & Helenum, & Cassandram filiam divinantes babebat? Quid Polybum Corinthium, nonne Homerus, & alii multa, & filio ad Trojam proficisci, mortem prædixisse commemorat? Ut enim sapere, sic divinare Regale ducebant, ut testis est nostra civitas, in qua & Reges Augures, & postea privati, eodem Sacerdotio prædicti, Rempublicam Religionum auctoritatem reseruerunt.*

52 Et adeò observarunt Reges Persarum, & alii Orientales, ut propter Astronomiæ & Ju-dicariæ studium, diceretur Magia imperare, ut Plinius (d), & Philo (e), literis tradiderunt. Et ipse quoque Salomon Astrologiæ valde peritus fuit, ut Pineda (f) multis edidisset.

53 Absit tamen, ut Christianis Principibus divinatrices artes, quæ ad Magiam, aut Astrologiam Judicariam pertinent, vel inter prohibitas ab Imperatore Constantio (g) recensentur, modo aliquo suadens, nihil enim est, quod Deum magis offendat, qui sibi soli futurorum cognitionem servare voluit, ut apud D. Lucam (h) docuit, & in Saulis punitione (i) propter consultum Phthonismam, & per Necromantiam evocatum Samuelis spiritum indicavit; rectè enim Dionysius Cato (k) quamvis Gentilis, admonuit,

*Quid Deus intendat, noli perquirere sorte,
Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.*

54 Et ille Proverbiorum locus, ut ipse Pat. Velazquez (l), post Salazarium, & alios animadvertis, varias habet expositiones, inter quas illæ verissimæ & aptissimæ sunt, quod nullo modo ad artem divinatricem respiciat, sed Deum veluti certa & infalibilia reddere solere iudicia, quæ justi Reges justè & consultè pronuntiant, Salomon doceat; vel ea prudentia ac consilio eos præcellere debere, ut quidquid de ipsorum labiis procedat, in publicis negotiis expediens, veluti ex præsaga mente proficiendi videantur. Quo sensu Rex Athalaricus apud Cassiodorum (m) de avo suo Theodorico dixisse comperitur: *Judicis suis etiam futura prædicebat.*

55 Hoc enim esse proprium scientiæ & prudentiæ, ex præteritis futura prædicere, ipse Salomon dixit, sic in libro Sapientiæ (n) scribens, *Si multitudinem sapientiæ desiderat quis, scit præterita, & defuturis æstimat. Et Nos suprà (o) de Prudentiæ effectibus agentes, cum Marco Praetorio, & aliis tetigimus.*

56 Et de gravi errore ac peccato Regum, qui aliter sentiens, Magos & Ariolos consulunt, aliquo nuper Noster Saavedra (p) notavit, & ante eum plura Justus Lipsius (q), & And. Canonherius (r), Camerarius (s), & Joannes Filescus (t), qui inter alia illud Taciti (t) adducit: *Quæ fato manent, quamvis significata non mutantur. Et Aurelii Victoris: Arduum fatalia divertere, eoque futuri notionem superfluum. Quibus consonans Quintus Curtius (x) Eludant licet (inquit) quibus fortè & temerè humana negotia volvi, agique persuasum est, è quidem æternæ Constitutione cediderim, nexuque causarum latentum; & multo ante destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. Et Apulejus (y): Nec consilio prudentis, vel remedio sagacis, divinæ providentiæ fatalis dispositio suberti, vel reformari potest.*

EM-

(a) Idem Velazq. ubi sup. annot. 9. pag. 354.

(b) Proverb. 16. 10.

(c) Cic. de divin. lib. 1.

(d) Plin. lib. 3. cap. 1.

(e) Philo lib. de specul. legib.

(f) Pined. sup. pag. 129.

(g) Constant. Imp. in l. nemo 5. C. de malef. & Mathem.

(h) D. Luc. in Act. Apost. cap. 1. vers. 7.

(i) 1. Reg. 28.

(k) Cato in dist. lib. 2.

(l) Velazq. sup. Salaz. in Proverb. 1. tom. col. 1339.

(m) Casiod. lib. 8. epist. 13.

(n) Salom. Sap. 8. 8.

(o) Sup. Emb. 7. & 13.

(p) Saaved. Empr. 4. pag. 31.

(q) Lips. in mon. Polit. lib. 1. cap. 5. quæst. ult. pag. 175.

(r) Caonher. in Arbor. Polit. ex pag. 479.

(s) Camer. 1. tom. pag. 266.

(t) Filesc. 2. select. tradi. 1. cap. 9. pag. 53.

(u) Tacit. 17. Annal.

(x) Curt. lib. 5.

(y) Apul. 9. Miles.

ELOQUENTIA PRINCIPES ORNAT.



[*Truncum conspiciens Atlantis forte nepotem
Hermam, quo & vultu terra Pelasga colit.
Quæ tibi cum magnibus virgam, pedibusque cothurnos
Alitibus, dixi, sustulit ira Deum?
Ille mihi, dum lingua manet, quid cetera curem,
Præcunctis unum Regibus Eloquium.*

COMMENTARIUS.

I **H**IS artibus, & disciplinis, quibus ornari Principes diximus, nunc Eloquentia curam, & studium adjungimus, quæ copiosè loquens sapientia à quibusdam definiri, appellari solet. Ab aliis, virtus, qua voluntas mentem, & linguam regit, ut vera, recta Deo grata, & hominibus salutaria perspicue, & ornata dicat.

2 Unde eamdem Euripides *Reginam* vocavit, & Ennius, *Flexaminam*; & Cicero (a), postquam pluribus de ejusdem laudibus, & utilitatibus egit, constanter statuit, Perfecti Oratoris moderatione, & sapientia, non solum ipsius dignitatem, sed & privatorum plurimorum, & universæ Reipublicæ salutem maximè contineri, nihilque prestabilius esse, quæ posse dicendo, tenere hominum cœtus, mentes alicere, voluntates impellere quo vellis; unde autem velis, deducere.

3 Et Hesiodus tanti eam fecit, ut præceteris disciplinis exquiri debere, his carminibus, è Graeco ita Latinè redditis, doceat

*Quid disciplinis dignum ut est in ceteris
Sudanus, atque singulas inquirimus?
Ac non magis saudelan, que Mortalibus
Regina sola est, examussim exquiritur.
Datoque pretio discitur, quo, que velit
Ea quisque persuadere possit, & assequi.*

4 Et sane justissimè cum eodem Cicerone (b) testante, nemo sit qui nesciat, initio genus humanum in montibus, ac sylvis dissipatum, prudentium consilii compulsum, & disertorum oratione definitum, se oppidis, mœnibusque sepsisse. Quod Veteres, vulgatis illis Amphionis, Or-

(a) Cicer. in lib. de orat. quem retulit Cas. lib. 6. epist. 5. (b) Cicer. d. lib. de orat.